


**Dissertatio, Continens Idiotici, Mecklenbvirgensis, Ivridico-Pragmatici**

**Specimen Primvm :**

Rostochii: Litteris Adlerianis, [1757?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862462142>

Band (Druck) Freier  Zugang



MK -

765

mk- 765

GEBUNDEN BEI  
W. SCHORNACK  
ROSTOCK 1/M.  
GRÜNER WEG 5.





46  
46  
DISSERTATIO,  
CONTINENS,  
IDIOTICI,  
MECKLENBURGENSIS,  
IVRIDICO-PRAGMATICI,  
SPECIMEN PRIMVM:

---

QVOD,  
ANNVENTE D. T. O. M.  
CVM CONSENSV ORDINIS IVRECONSUL-  
TORVM,  
IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI,

PRAESIDE,  
DN. ERN. IO. FRIED. Mantzeln,  
PHIL. ET IVR. DOCTORE,  
SEREN. DVICIS MECKL. REGN. CONSIL. CANCELL. ET CONSIST.  
COM. PAL. CAESAR. DVICALI PROVISOIRE COENOBII  
S. CRVCIS ET OECONOMIAE ECCL. ROSTOCH.  
ATQVE FAC. IVR. SENIORE,  
PRAECEPTORE ET HOSPITE SVO AESTVMATISSIMO,  
ANNO MDCCLVII. D. III. SEPTEMBR. 17

H. L. Q. C.  
INTER DISCVRSVS, CVM AMICIS,  
DEFENDET,  
Hans Carl Larson,  
NEO-BRAND. MECKL. PHIL. ET IVR. CVLTOR.

---

ROSTOCHII,  
LITTERIS ADLERIANIS,

mk-765

VIRO  
ILLVSTRI ATQVE CONSVLTISMO,  
DOMINO  
IOANNI ALBERTO  
Kellern,


SERENISSIMI DVCIS REGNANTIS  
MECKLENBVRGICO-STRELIZENSIS CONSILIARIO

GRAVISSIMO

ET

CIVITATIS PRIMARIAE NEO-BRANDENBVRGENSIS,  
CONSVLI MERITISSIMO,

PATRONO SVO GRATIOSISSIMO,



HAS PAGINAS, OBSERVANTISSIME  
ET IN ANIMIGRATI TESSERAM,  
CONSECRAT,

RESPONDENS.

PRAESTANTISSIMO

DOMINO

RESPONDENTI,

S. P. D.

PRAESES.

---

**C**ommendatus mihi, a Fautore et Amico meo, ultra-tri-  
cennali, *Ill. Dn. Consil. et Consule Neo-Brand.* KELLERO, ve-  
nisti in hanc Musarum sedem. Commendasti te ipsum, utro-  
que singulari studio, morum nempe et litterarum. Stetisti, binis  
vicibus, cum laude, in cathedra academica, opponentibus  
dicata. Dignus et aptus igitur eras, quem ducerem in alte-  
ram, quae est Respondentium. Ornabis omnino eandem et  
conciliabis tibi bonorum gratiam. Adesdum et defende me-  
cum, specimen litterarium, continens miscella philologico-  
juridica,

juridica. Incidit mihi, haec scribenti, ingressus praefationis,  
Speculi Saxonici, autore Epkovio de Repkaw:

Ich zimmer bey dem Wege,


Des muß ich manchen Meister han ze

Bene! veniant, non rustici structuarii, qui omnem migrant  
evrythmiam; sed artis periti Architecti, quos in praeloquio  
humaniter invitavi. Placuit, aliis thematibus, intersper-  
gere recreantia. Forte erunt, qui mihi talia non invidebunt.  
Tu autem cape symbolum: *Dominus providebit*, et eris felicior  
multis. Meam deditissimam mentem tibi ulterius, nullus  
de tuo amore dubitans, polliceor. Vale! Scr. die meo  
natali quinquagesimo octavo, qui erat vigesimus nonus, mea-  
sis Augusti, Anni MDCCLVII.



p. 19. Vbi allegatur Edictum Ducale Meckl. vom Zwölff-  
ten, omiffa sunt verba: Vrebantur et utuntur hodiernum,  
lupi, a sole nomine formidine, voce: das Eiß, item: dat Unbe-  
nómt. Dicterium: Wenn man vom Wolfe spricht, ist er nicht  
weit, est quotidianum.





IN NOMINE DIVINO.

## INGRESSVS.



Studium philologicum omnino est ex illis, quae, et profunt, et delectant. Habet idem suos amicos, osoribus, si non numero, tamen existimatione superiores. Genius saeculorum XVII. XVIII. armavit viros egregios, in haec emolumenta atque ornamenta. Aemulantur ingenia et quam vellemus, exesse iras atque satyras. Accedunt Thesauris Thesauri, Glossariorum, Lexicorum atque Idioticorum. Quem latent nomina celeberrima, BESOLDI, SPEIDELII, WEHNERI, du FRESNE, SPELMANNI, SCHILTERI, LEIBNIZII, SCHOTTELII, BÖDEKERI, HICKESII, WACHTERI, HALTAVS, aliorum, quibus se nuper junxit SPRENGIUS, favis aliorum meritis particularibus, vi gr. LVDEWIGH, ECCARDI, WESTPHALII, BVRI, FRISCHII, TELGMANNI, FLOTWELLI et venustissime copiosissimeque scribentis REICHARDI, aliorum, quos inter referendi sunt merito scriptores diplomatarii

A

matarii celebres, tara nempe collectores, quam clavium  
et principiorum formatores atque Doctores. Cui non  
est dictus MABILLONIVS? quis non aestimaret ECK-  
HARDI atque BARINGII labores? Fit, successive, re-  
positorium splendidum. Nomina illustria atque cele-  
berrima radiant, in orbe litterario. Nos, ex usu speciali,  
suis locis, allegabimus, si non singula, tamen multa.  
Liceat, dictis thesauris, adjicere teruncios Mecklenbur-  
genses, per specimine idiotici, juridico - critici. Mi-  
grent illa in manus Lectorum gratiosorum atque bene-  
volorum, quorum additiones, monita atque correctio-  
nes fundatae et probabiles, ingeniosae atque curiosae  
gratissima excipientur mente. Ingenia acuuntur inge-  
niis: accedit interdum fortuna. Haec talia non sunt  
omnium horarum, vel rigorosae meditationis. Hac vice  
prodit specimen primum, quod, propter praefanda  
generalia nonnulla, capere tantum potuit pauca, juxta  
ordinem alphabeticum, exempla. Sequentur plura, sem-  
per praemissis ulterius generalibus, quae scribenti non  
inciderant simul et una. Secundum praebabit igitur  
multa et tertium ulteriora exempla. Deus annuat coe-  
ptis. B. L. decernat: Detur petita dilatio, quoniam  
incivile foret, a viro varie occupato et tantum non ex  
tempore scribente ampullas et amphoras parergorum  
expectare. Successiva, prout mens et memoria sugge-  
rit eadem, sunt, absque unguium et frontis periculo,  
haec talia. Bellaria demum post prandia et coenas pri-  
marias comedere datur: et quod ad lecturam aliorum,  
impar est, aliis obrutus, perlegendis tot scriptis, virum  
celebrum atque bona mente in hoc stadio haecenus oc-  
cupatorum, atque tandem juridica meditamus tantum.

TRA-



## TRACTATIO.

### §. I.

**Q**uid, in genere, sed idiotismus? quid idioticon? non est ut exponamus. Responder, realiter, Vir venerabilis et in orbe erudito Seniorum ordinem decorans, Excellentissimus, atque longe celebratissimus, *Dn. Michael RICHEY*, Gymnasii illustris, quod floret Hamburgi, Professor inclytus: Vir, de universa eruditione meritissimus: Praeceptor multorum virum clarissimorum, etiam illorum, quos nunquam praesentes vidit, vel habuit. Responder, inquam, elegantissimum *Idioticon Hamburgense*, quod merebatur inferi Thesauro Iuris Statutarii. Salivam movebat promulsis, in forma scripti gratulatorii nuptialis, edita. Anhelabamus uberiora et en! largissimas lautissimasque dapesque messesque.

### §. II.

Allegat, optimus ille Vir, in praefatione, operas idiotificas Mecklenburgenses, beati nunc *Domini M. Io. Christoph. MANNESSEN*, Pastoris Mutschensis, in Misnia, longe meritissimi, viri, ad altiora, quam quibus immortuus, officia



nati factique. Res ita se habet. Est, in his manibus, eiusdem collectio Idiotici Mecklenburgensis. Patet avtographum amicis cupidis, visuris, quod ad prelum paratum appellari nequeat. Si aliter statuere licuisset, iam ante annos prodisset publice, pro eo, quo, in viventem et mortuum, virum egregium, ferebar ferorque amore, ex patribus nostris, qui fratres erant, in nos derivato. Probat eam mentem editio elegantissimi opusculi, *de Scriptoribus pseudonymis anagrammaticis*, quod, post obitum beati Autoris, ex manibus hisce, fideliter, curante inclyto Dn. KVSTERO, *Berolinensi ornamento*, insertum *Bibliothecae Berolinensis Vol. IV. P. V. et VI.*

§. III.

Erat beatus ille vir Mecklenburgensis; trahebant autem eundem fata in Saxoniam superiorem. Vocabatur, ad ecclesiam Ottendorfsensem, inde ad Hosterwizensensem, inde ad Murschensensem. Collabarabar, per multos annos, ad celebre opus successivum, sub rubro *derer unschuldigen Nachrichten*, editum posteaque sub aliis titulis continuatum. Amor patriæ originariae et quoniam in Lusatia curabat ecclesiam, cuius parochiani ex parte erant Venedi, delectabat illum, imo proderat ipsi lingua nobis vernacula. Quandoquidem autem, ut Vir-Iuvenis, ex his terris, ad *B. Magnum LOESCHERVM* Dresdensensem transierat, vixeratque inde, ultra triginta annos, extra patriam, et quidem ut plurimum inter linguae superioris sonos atque tonos, multa eundem dediscere Mecklenburgica, quis miraretur. Ut non reticeamus, quod, non educatus inter plebem, ante abitum multo numero idiotismorum nostrorum, quos viri facti in officiis demum palpare solemus, in prima aetate, plane caruerit. Admiranda tamen est illa seges, quam praebet opus manuscriptum. Solebat ludere in litteris, quod patridomaniae morbo interdum laboret, praesertim, quia dieterii: ubi bene est, ibi patria, subsumtionem negare solebat. Sic placebat voluntati divinae, quo constaret, a meritis conclu-

☉      ☉      ☉      5

concludere, vel affirmative, vel negative, esse de fallaciis accidentium. Substantia semper solet esse salva.

§. IV.

Prodiisset forte, (fatear quae vera sunt) vivente laudatissimo viro, Idioticon illud, ex junctis curis atque laboribus, quoniam et multa heic loci, ex oblectamentis etymologicis, creverant, in chartis; sed obstabat semper amica liticula, de veris et genuinis idiotismis provincialibus atque particularibus, hinc de limitibus finibusque regundis. Accipiat B. L. sequentia.

§. V.

Idioticon, certae provinciae arctiorique districtui assignandum vindicandumque, nostro aevo vix amplius datur, quoniam omnino, ultra fines geographicos, multae voces, pro idiotismis habitae, pariter sunt in usu. Concedimus tamen acceptionem a crebriori et potiori. Successu temporis, per commercia, itinera et migrationes, conjugia, studia, opificia, militiam, colonias, vocationes, transplantationes, alia, vocabula domestica et arctiori genti propria fuere latius disseminata et alibi adoptata civitateque donata. Quum se nationes arctius continerent et sedibus suis vel plane contenti viverent, aliter se res habebat. Facilis est communicatio et adoptio vocum, ex una provincia, in aliam, maxime vicinam. Transit e. gr. artifex vel opifex quidam, ex patria sua, in aliam provinciam, figit ibi, quia bene esse videtur, sedem. Fert quasi secum vocabula vernacula: ab illo accipiunt eadem tres: a tribus decem, a decem centum, a centum mille et tandem fiunt illa universaliter, minimum mixtim et synonymice, ut ajunt, recepta. Maxime idem increbuit, qua linguam germanicam, quippe cujus artificialis cultura fuit diu neglecta, donec tandem accepimus grammaticas et lexica, utut haecenus imperfecta. Legatur omnino longe celeberrimi *Dn. REICHARDI Historie der deutschen Sprach-Kunst*, item praefatio *Ven. Dn. RICHEY ad idioticon Hamb.*

A 3

§. VI.



## §. VI.

Forte, haec scribenti, cogitandum erat, de dialectologia, quam circa philologia graeca foret conferenda. Sed est caper salvus et haedi. Expectentur sequentia. Legatur *Ven. Dn. RICHEY dialectologia Hamburgensis, excipiens, a p. 375. Idioticon elegans plene absolutum.*

## §. VII.

Distinguendum autem erit graviter, inter familias nobiliores et plebejas. Illae utuntur, postquam lingua superior ad ornamenta domestica refertur, paucioribus idiotismis, salvo sermone ad famulitium. Addimus, praecedentibus, de commutatione variisque ejus modis, exempla in vernacula exponenda. Der hochteutsche Maurer = Geselle hat einen platteutschen Handlanger. Dieser gewöhnet sich, weil sie sich verstehen müssen, an die Ausdrücke des Gesellen. Der niedersächsische Seefahrende prahlet gleichsam mit dem holländischen, welches aber doch auch eine Art von Niederdeutschen ist, *vid. Dn. KRAMER* labores gratissimi. Der reisenden Künstler, und Handwercks-Bursche, auch der Soldat macht es eben so und die Sprache wird mefingsch, ut utamur voce, in filo historiae linguae patriae, adhibendo. Opinio est severa magistra, quamvis eruditis, eo loco, habeatur pro serva. Aestimatur autem illud, penes diversicolores et simias, pro elegantiori, quod non est de indigenis transferunturque in dissitas oras alienigeni habitus, peregrinae dapes, una saepe cum morbis et vitiis.

Tandem, postquam lingua Saxonica inferior ex cultu sacro et ex suggestu, item ex judiciis est relegata, cujus exclusionis successivae historiam sequentia dabunt specimina, fiunt, inter vulgares, myxobarbara atque hybrida.

## §. IIX.

Diximus, de bellis et militia. Cogitetur, curiositatis gratia, de vocabulis Russicis, occasione belli, hoc saeculo, in his terris, inter rusticos, receptis atque invalescentibus. E. gr. quis



quis, ante 50 annos, appellavit eqvum eenen Runjer? quis audivit, ante dictam periodum temporis, dobber, pro gut? Redierunt quasi nonnullae voces olim originariae. Quod enim e. gr. Dobberan et Dobbertien praebeant, propter vocem: dobber, hodie gut, vestigia antiquissimae in his terris linguae, vix est, ut dubitemus. Idem statuimus de Ribnizio, quod a ribby, piscem significante, nomen accepisse credimus. Percurrantur nomina urbium, pagorum atque familiarum antiquarum, quo habeantur manipuli exemplorum. Conferatur omnino elegans et ingeniosus labor, *Abrah. FRFNCELII, S. t. Etymologica, Vandalica et Slavica Megapolitana. Add. C, C. LYSCHANDRI Orig. et antiquit. Megap.*

### §. IX.

Mixturae sunt innumerae atque ut plurimum inexplorabiles. *Cel. Dn. MOELLING, Rekt. Coll. Herford. edidit nuper gegründete Muthmassung, von dem Vater = Lande, der Angelsachsen.* Vfus fuit variis proque sua hypothese, qua Westfaliam, elegantibus argumentis et non sine voluptate legitur opusculum. Ad quartum momentum, a p. 26, §. 28. ex cultum, licebit, data hac occasione, monere, quod, si non omnia, tamen plurima vocabula, quae, ad probandam cum lingua Anglicana analogiam, vindicare voluit Westfaliae, sint & aliarum quarundam, maxime Mecklenburgensium, terrarum. E. gr. The Heaven, der Himmel: Black, atramentum: preckeln, prickeln, ruditer fuere, pungere. Queecksteert, motacilla: Tweelichten, diluculum: Holl, foramen. Sap, Schwepe, Schwef, quabbeln, Seesse &c. Unde corroboratur nostra assertio, de difficultate, limitum geographorum, qua idiotismos et idiotica. Paginae hae primae non patiuntur vel capiunt omnia. Expectentur, ex novis specimenibus, ulteriora, item D. v. aus der platteutschen Bibliothek, de qua vid, ingressus, sectionis tertiae, Calendarii nostri Meckl. hist. jurid. Recensionem dabit illa Codicum Iuris Lub, hinc et operis KOLLIANI, in specie, qua tit, 83. Iur. Lub. antiqui



antiqui, so verromet Quick gestorben. Accipiant vegetiores et non adeo distracti signum et lampadem, una cum nostris collectis, s. r. de usu linguae Anglicanae, in Iure Germ. Verbum illius linguae, *to loock*, e. gr. gratam nobis diffusamque fecit operam. Vid. in hac serie scripta, ad verbum nostrum: *eenen uylstüchten*, quod directe per lucernam nequit explicari, quoniam denotat ejectionem per fenestram, in sensu juridico, *vid. nostrum programma, de defenestratione*, latius acceptam. Cogitetur tamen de compage fenestrarum, quam vocamus *eene Luchte*. Concurrit substantivum, *eene Lucfe*. Quandoquidem autem, per quodvis foramen vel quamvis distantiam, ex pellucidis constructam, incidit lux, facile palpatur notionum nexus et subordinatio.

## §. X.

Repetimus scripta, de mixtura linguarum varia et, qua originem historicam, inexplorabili, admiranda tamen et scrutationi semper obnoxia atque digna. Habemus sat multa vocabula germanica hebraicis, graecis et latinis analogia. Ipsum *to* analogia procul dubio cum voce *Ähnlichkeit* habet cognationem etymologicam. B. MANZELIVS nostrum idiotismum *hesebesen*, moleste et distracte, item festine sedulus esse, unde *he was so behesebeset*, ex hebraea voce, quae Ies. IIX. v. 1. evolvenda, derivat, additque, quod tempore B. BOHLII Rost. Theol. etiam femellae nostrates, didicerint hebraica. Conf. exemplum Pastoris vicini, Kessinensis, B. *Klaprothi*, quem catechumenis instillasse dicta classica hebraeo-graeca fertur. Conf. *diss. Dethardingo-Steueriana, de obfessione spuria*. Si vera sunt, quae narrantur, verbum *hesebesen* erit ex idiotismis strictius mecklenburgicis, salva propagatione. Qua latinas voces germanificatas, vel contra, quantus cumulus, propter facilitatem et crebriorem latinorum cum germanis conversationem. Qui contemnet hos lusus fiat exemplum; *Пакс* enim a voce pecus derivandum esse putamus. Legatur opus elegans, s. r. *Critische Beyträge, Tom. I, a p. 156.*

## §. XI.

§. XI.

Lingua germanica est, ex quatuor cardinalibus, una. Est ergo illa, ut mater, per universum terrarum orbem, in genere, una tantum. Distinguenda tamen venit haec lingua, postquam nonnullae ejus filiae plane degenerarunt, ut proprie et viva talis, in superiorem et inferiorem, die *Hochteutsche und Niedersächsische*, sive die *platteutsche*. *Platt* denotat omne illud, quod est, absque tamen imputatione vitii, simplex, planum ex minus ornatum naturaeque proximius. *Gleich zu* non est particula, vitium significans; potius coincidit cum particula: *eben*. De lingua belgica, quam filiam germanicae singulariter vocant, die *niederteutsche*, hac vice differere non vacat. Videantur exquisitissimae operae *Kramerianae*. Notetur verbum: *plätten*.

§. XII.

Invaluisse videtur opinio, inferiorem linguam germanicam esse cotentui obnoxiam. Sed, si dicendum, quod res est, non dantur universalia, qua mera et simplicia vocabula, et qua partes orationis singulas, elegantiae principia. Quis enim abstrahendo ab omnibus praesudiciis, defendet, e. gr. atramentum minus ornate appellari *Black*, quam *Dinte*. Addant B. L. exempla arbitraria et legant *Summe Ven. etiam post fata, nostri AEPINI diss. de linguae Sax. infer. contemptu injusto*, cum defensione, adversus censorem iniquum. Sermo est de vera et incorrupta lingua inferiori. Corruptitur autem illa inter plebem varie, maxime per oscitantiam, summae rusticitatis, quam dicimus die *Mund-Vollheit et Faulheit*, a cujus vitio nec superiores sunt immunes. Ne dicam, quod nostros in corumpendo antecellant. Dabimus, ex nostratibus, exempla. *Der Vater* appellatur de *Vader*. Bene! literae enim unius instrumenti, quales in superlativo sunt *t* et *d*, facile inter se permutantur. Quando autem *Endymion* atque *agaso* dicit *Vater*, imo *Var*, mereretur alapas. Soepe compendia ita sunt comparata, ut haesitemus, quomodo per literas queant exprimi, E. gr. salutationem: *Goden Dag!* non tantum per  
B Godag!



godag! sed per n'dag! pronuntiant: Favens dicunt, loco des  
Abends. Diem Saturni efferunt: Snabend. E. gr. snavens  
wil uns de Her nicht staren, dat wy nare Karck to Bicht gahn, wen  
wy's sünds toms Herrn gahn willen. Die Schwester appellat,  
et nullam affectans elegantiam, noster civis, sororem suam:  
Ergo merentur increpari, qui dicunt Zvester, vel Guster.  
Contractiones audiuntur, ad molestiam usque. Inter-  
dum itur in contrarium et ex monosyllabo fit bisyllabum.  
Exemplum habetur ad vocem Hansf, quam quidem plures.  
Hemp, sed multi Henney appellant. Loquuntur illi cum lege  
patria antiqua, Ord. Pol. nempe de 15 16. tit. van den Bork-  
pern &c. ibi: de Borkper des Hennips, Wulle &c.

### §. XIII.

Vrget haec experientia, distinguere vernaculam nostram  
in veram et depravaram. Distinguatur ergo, wie hübsche (ut  
loquimur) plattenteutsche Leute; ja auch wol, nach ihrer Art wolge-  
sittete Bauren etwas ausreden, und wie es die groben und tölp-  
schen hervorbringen. Pergo domestice loquendo: Selbst die  
groben haben noch wieder ihre Classen. Die untersten derselben ha-  
ben wiederum wol gar ihre idiotismos; oder sie nehmen doch den  
Mund so wol, oder sprechen alles so lahm und faul aus: sie haben  
auch ihre differentias specificas. Iureconsultus, maxime iudex  
examinans haec sibi notare et quasi polyglottus in una specie  
linguae esse debet. Nonnulla facilius palpantur, multa diffi-  
cilius. Prima classis e. gr. dicit conformiter: Rostock: infe-  
rior: Rostec: infima: Rost. Qui calamo exciperet dicta,  
vel scriberet poema, in illa lingua, ceu fecit, ad nitorem usque,  
noster Laurebergius, neutiquam scribat, juxta os infimo-  
rum: salvis casibus, quando ad protocollum notantur ipsif-  
sima depravata et quidem eventualiter, propter extraneos,  
cum commentario parenthetico, ceu probant acta accurata,  
etiam extraneorum. Interdum juvenilia poetica, ejus farinae,  
merentur contemptum. E. gr. Poeta puerilis scripserat: Mien  
gaure Braurer du, &c. Scribendum erat: mien gode Broder du.  
Legantur



Legantur omnino translationes S. Scripturae in hanc linguam, pariter ac scripta historica, item alia, maxime asce-rica. Procul sunt vel simul ex illis talia depravata et quae interdum circumferuntur, nos frustra quaesivimus retulimusque ad discursus insulos.

## §. XIV.

Ultima secta, differentias nempe specificas intendens, habet interdum secum aliquid salis. Liceat pergere ludendo atque exemplo explicare mentem. Os et lingua sint in themate. Primi dicunt: De Mund: Sequentes de Muendt. Muyl pariter diversimode pronunciatum et quoties de ore humano effertur, fit non absque exprobratione et injuria. Ex infirmo subsellio auditur: Holt de Keeck! ick schlah dy up de Keeck: Zy hebben immer de grote Slabbe apen. Tandem, et jocando, et increpando adhibetur vox Schmuet. Palpantur, in hac serie, vocabula idiotistica, quae tamen, inter se plane non sunt synonyma. Mund est regulare, etiam sine ira et exprobratione: Muel est brutorum et ceu dictum, adhibetur cum aliqua indignatione, qua hominem, salvo diminutivo: Muelcken, quod concordat cum latino, a labiis contractis, ita dicto osculo; unde gif Muelcken! idem est ac da vel excipe osculum. Keeck proprie denotat os loquens, unde kackeln et de Keeckelreem. Auditur: em is de Keeckelreem good, oder (edder) nich good schneiden. Em streit de Keeck nimmer stil. Coincidunt voces: quacken, Quacker, quackeln, &c. Greete est os vorans. Slabbe est os, labia, maxime inferius projiciens, in quo, plebs, vel matres nutricesque digito transverso, tantum non musicam exercent. Auditur etiam in infimo subsellio, verbum: sicc flabben ruditer, vel libidinose osculari. Conf. passus juris feudalis concernentes. Vid. textus I. F. 5. et Commentatores ad verba: turpiter luserit. Evolo. STRYK. de iure sens. disp. 7. c. ult. add. MVELLER ten. MVELLER et PETERSEN Rost. item ROMANVS, Lips. aliique de osculis scriptores.



## §. XV.

Scriptimus de musica, per labial, absque lingua nempe, facta. Incidit, sono naturali multa vocabula debere originem. Praecellit, in ea etymologia, lingua germanica. Expectamus certantem, ex alia, de numero. Habebimus centuriam in numerato, e. gr. gnurren, schurren, knarren, pipen, mummeln, murren, &c. Râtern derivavit *Ven. Du. RICHEY*, a rotis curruum, maxime ferro cinctis, *die auf denen Steinen ein Gerassel machen*. Adjicimus nostram conjecturam, a rotulis vigilum, quos vocant passim *die Râthel Wache*, qui instrumento, in gyrum agitato, significant exortum incendium, vel turbas, concurrente avertendas. Habent et restiarii tale, absque tamen aspero sonitu, instrumentum, pariter ac eorum aemuli, rustici, per hyemem rem restiariam vulgarem gnaviter exercentes. Addunt nostri verbum gnâtern, quod de tonitru et aliis sonotis proprie magis adhibetur. Hac in specie in rythmo est sal atque fundamentum. Aliis autem in exemplis exercetur rythmophilia, formando brocardica, vel paroemias, memoriae inservituras. Ille poeseos atque hinc, ante nostra tempora, rythmorum amor in illud excessit oestrum, ut vel vocabulis aequisonantibus, nihil per se denotantibus, fuerint usi, vel per rythmicam vocem corruerint veritatem et jurisprudentiam. Exempla sunt in promptu. Volvantur, ante et inter alios, opera *Hertio - Pistoriana*. Ludicra haec magis, videbuntur Catonibus, quam juridica; sed quid vetat. Audimus adhuc, quod, solo rythmico sono excepto, deficiat saepe omne ingenium et nihil dicatur, ceu ab illis fit, qui e. gr. incommoda pluviae referunt, per rythmum: *Ich wurd so natt, as eene Ratt*. Quasi esset proprium felis, quod sit humida vel madefacta.

## §. XVI.

Interdum, ante hanc censuram, dispiciendum erat, de vero et vario sensu vocis, in rythmo, hincque non propter eundem adhibitae. Arripimus exemplum paroemiae ex materia  
fide



fidejussoria: Bürgen soll man würgen, de qua sub iudice lis erit, de prooedria hujus, vel illius idiomatis, quoniam aequae facile et crebro dicitur: Bürgen soll (secunda classis ait: schall) man würgen. Si duros eventus voluerunt inculcare et cauteriarum, cum Salomone et dicitur: Sponde, noxa praesto est, reddere suos memores, forte laudandum erit ingenium. Statuimus, bene constitutam Remp. fidejussionibus carere non posse. Forte würgen, vel würgen, propter rythmum, innuit idem, ac hart angreifen. Cogitetur, de servo nauci, in Evangelio, qua verba: Er grif ihn an, und würgete ihn. Addatur acumen, praefixae praepositionis inseparabilis: er; unde würgen nondum est erwürgen. Analogia habetur in verbis: stechen et erstechen: schlagen et erschlagen. Nos aliquando de obsidibus veterum exposuimus paroemiam, salvis ubique rectoribus. *Vid. HARTIVS.*

## §. X VII.

Sic, non sine usu practico, ludimus. Habet etiam studium juridicum, si quod aliud, sua bellaria atque ornamenta; imo veniat in curiam, versetur in praxi B. L. et experietur, etiam minutiarum interdum usus practicos. Legimus. §. 1. opusculi, supra allegati Moellingiani, sequentia: Meine wehrten Landes-Leute haben aber sich leyder in den schlimmen Ruff gesezet, daß sie sich nicht leicht mit einer gelehrten Erkänntniß abgeben, davon sie nicht zuverlässig wissen, daß etwas (hem! et proh!) dabey zu verdienen sey. Ein Fehler, darüber der westphälische Beobachter, im zwoten Stücke, mit allem Rechte, unter andern, Klage führet. Ich muß solche zum voraus bitten, = = diese Blätter bey Seite werfen. Ich schreibe gegenwärtig nur für die, so eine uneigennützig und edle Begierde haben. Provocans ad exempla aliorum, antiquitatum et philologiae amicorum, scribit: Wem ist der Herr, von Leibniz, die Ehre Deutschlands, unbekannt?

## §. XVIII.

Macte! Stat sententia, supra ex primis lineis, quod etymologica profint atque delectent, Vis et virtus vocabulo;



bulorum ponunt limites, qua subjecta atque objecta. Mox an - mox augustinior sensus est, sine cuius indagine suum cuique tribui et jus ad factum et voluntatem, in legibus earumque interpretationibus, ex usu loquendi, chartis diplomatibusque antiquis praefertim, in privilegiis, conventionibus et ultimis voluntatibus, imo in ipsis injuriis intentam, expressam nequit applicari. Obviam eundum est soepe, ne fiat depravatio et quo eruantur rationes decidendi. *B. noster SIBRANDVS in Decadibus Iur. Sing. Meckl. n. 10.* solide monet, vocem *Ord. Pol. Meckl. tit. von Erbschaften, §. fn.* expressam: *Eingethum*, male, in allegatis, ex Tornovio, locis mutatam esse in *Eigenthum*, quae tamen, ita ille, *admodum inter se differunt et pro synonymis, juxta vulgatum loquendi modum* (multo minus juxta virtutem legalem) *haberi nequeunt.* *Eingethum* est factitia versio in superiorem, vocis nempe idiotisticae: *Ingedömt*, de qua aliquando exascius differemus. Iure Lub. Lib. III, tit. 12. a. 13. disponitur, inter alia, de servitute fenestrarum. Referuntur merito, in genere, ad fenestras, eae, quos vocant nostri *Cassenster*. Struximus vocem juxta stylum B. MEVIUS, in *Comment. ad d. a.* qui hanc facit descriptionem: *Foramina, per quae in loca aliena aditus est, veluti haberi solent in tectis transitus, ad canales tecto superpositos.* Sed rectius vocantur *Rapfenster*, a verbo *Rapen*, sup. *gassen*. Erit usus practicus haud levis, quoniam foramina, quae describit Mevius, sunt soepe ex speciebus servitutum necessariorum, nisi vicinus aliam, magis incommodam, eundi et ascendendi per suam domum, in se receperit. Iudex juxta ocularem inspectionem arbitrari debet et significantissime respicere ad praecavendam servitutem prospectus, quae est soepe ex odiosissimis. Deficiente igitur tali incommodo, facilius, salvis aliis praecautioibus, conceditur tale foramen, *wor nichts to Rapen isß un wor keene Rap-Eyer to haben sind.* Ita loquuntur, forte ex historiola speciali, qualibus varia omnium linguarum adagia variaque phrasae originem debent. E. gr. *Figulus figulum odit: Interdum olitor etiam bona est locutus: he best sicc henninscho stert, n. τ. λ.*



## §. XIX.

Ita, pro vindicando rubro juridico, erat scribendum. Dominus Evenfoveel qui Domino Cuibono arctiori cognitionis vinculo junctus est, accepit sua ex Moellingio. Incidit eruditissimi Dn. H. F. ZIEGLERI, Pastoris Ditmarsicae ecclesiae, in der Heyde, meritissimi, Autoris Idiotici Ditmarsici, carmen, Ven. Dn. Richeyo, post idioticon dicarum. Liceat excerpere lineas quinque:

Berlicht spricht Cato oock een Wort: wat schall dit Kinder-  
Spill?

Hebbt ole Lüd sünst nicks to dohn? Swygt Cato, schwygt  
doch still!

Ik rad ju, steekt de Pyp in'n Sack un dudelt nich mehr her,  
Iy krygt mit eenen Mann tho dohn, de staect ju van de  
Dohr.

Dat is keen däsig Kinder-Spill. x.

## §. XX.

Amantes, tractantes scientias humanissimas et elegantiores, die schönen Wissenschaften, demonstrant, quam distet ordo praestantior a levissima tribu; Docent acumina et sale atque pipere condire bene disposita specimina instruunt. Vbique studium philologicum, hinc glossario - etymologicum hincque idiotisticum suas facit paginas et qui non amat heuristica sobriam, est de grege fervorum in republica litteraria. Vir acuat ergo virum, etiam in conversationibus honestis, quas non fugiunt, qui non sunt misocosmi et cumini-ectores. Amant alterna etiam Camoenae; quod enim illis caret, durable non est.

## §. XXI.

Haud ita pridem, inter amicos, honeste et sobrie conversantes, pro more, differebatur ex fortuito oblatis. Obveniebat inter ea quaestio, unde hominem gracilem vel aliam rem minus, ut tamen regula requirebat, robustam, imo, per  
metapho-



metaphoram, ens aliquod morale minus stabile appellaremus Knäckschälig. Statim decernebatur, ideam cultrorum, quorum anfa ex ossibus facta, quia illi neutiqnam infirmiores, abesse debere. Re igitur penitus perspecta, substantivum Knaacke, os, manebit omnino; sed schälig desinebit in schellig. Verbum schellen autem non tantum significat abraderé, decorticare, id quod schälen superiores vocant, cum nostris commune substantivum Schalen non retinentes; sed denotat etiam, et quidem hodie cum praepositione inseparabili: zer, arguente existentiam verbi schellen, frangere, in partes et particulas findere. Species monetaria, Schelling, hodie Schilling, quae vox habet pariter cognatam in lingua Anglicana, significat particulam majoris, de quo lecta, fracta. Confirmavit nos, in conjectura, *Excell. Dn. RICHEY*, sub v. Schilling, verbis: Woher kommt aber der Name? Davon sind viele Grillen zu Märkte gebracht und dabey die solidi majores (vid. textus juris, e. gr. in materia donat.) mit unsern Schillingen öfters vermengt worden. Recenset septem opiniones aliorum, merito aspernabiles et pergit: Alle diese Meynungen laufen auf ungewisse Künsteleyen hinaus. • • Ein Schilling, Schelling, Schilling heisset nichts anders, als ein Theiler, oder Scheider. Probat assertum ex linguis variis, utpote Anglicana, Svecica et Danica. *Evolv. praeter alios, WACHTER in Glossar. p. 1416.* Si optimo viro incidisset, adjectivum knäckschälig, omnino nos praevenisset. Tribus: vult indigitari aliquis vel aliquid qui quodve facile frangitur, vel, si homo, periculo fractionis, e. gr. pedis vel brachii, facilius obnoxius. Conf. scripta a nobis ad v. Scheeling.

## §. XXII.

Inter extemporaneam harum pagellarum conscriptionem legimus passum, selectissimarum atque primi ordinis statarum paginarum Hamburgensium, s. r. Freye Urtheile und Nachrichten, prodeuntium. Habetur ille, im 56sten Stücke, vom 29sten Jul. 1757. Probat idem, magnos viros studio philo-



philologico, speciatim etymologico, ob usum practicum insignem, quem primi adeo acute intendunt, pretium haud vulgare statuere. Placet, verbotenus inserto, nostram ornare opellam.

Berlin. Die Klasse, der tiefsinnigen Philosophie, schlägt, zu dem Preise, auf das Jahr 1759, nachstehende Frage vor:

In wie weit haben die Meynungen, eines Volcks, einen Einfluß, auf ihre Sprache, und hinwiederum die Sprache, auf die Meynungen.

Hier kömmt es darauf an, daß man, durch verschiedene wohlausgesuchte Exempel, zeige:

I. Wie viele wunderliche Wendungen und Ausdrücke es, in denen Sprachen giebet, welche offenbahr, von gewissen, bey denjenigen Völkern angenommenen Meynungen herrühren, wo solche Sprachen ihren Ursprung genommen haben. Dieser erste Punct dürfte wol der leichteste seyn.

II. Das wesentlichste würde seyn, in gewissen, einer jeden Sprache eigenen Wendungen, der Redens- Arten, in gewissen Ausdrücken und bis auf die Wurzeln, gewisser Worte, den Ursprung, dieser oder jener Irrthümer, oder die Hindernisse zu zeigen, warum diese oder jene Wahrheit nicht herauszubringen sey.

Aus diesem gedoppelten Gesichtspuncte würden sehr wichtige Betrachtungen entstehen, nachdem man begreiflich gemacht hätte, wie ein Schwung des Verstandes eine Sprache hervorbringt, solche Sprache hernach dem Verstande auch einen, mehr oder weniger vortheilhaften Schwung, zu denen wahren Begriffen giebt, so könnte man die bequemsten Mittel, den vielen Schwierigkeiten der Sprachen abzuhelfen, untersuchen. Der Preis bestehet, in einer Gedächtniß- Münze, von funfzig Ducaten, am Gewichte. Die Zeit der Annehmung, der Ausarbeitungen, welche leserlich und deutlich geschrieben seyn müssen, und die dem Herrn Professor Formey zuzuschicken, ist, biß den ersten Junii, 1759, bestimmt. Adeste viri! agitur de augmento scientiarum, in sacris atque politicis. De primitivis et radicibus instituan-



stituat<sup>r</sup> cura prima. Nos putamus, dari, salvis fortuitis, primitivorum ingenium. Quatenus verba a substantivis, vel contra descendant, praejudicialis est quaestio. Quid si statueretur, soepe imperativōs, qui sunt monosyllabici semper, aetate praecellere. Sit haeresis: non damnabit, speramus.

§. XXIII.

Augentur, sub manibus, paragraphi, ultra propositum. Coercendus igitur erit calamus, scribens dissertatiunculam academicam. Confugimus ad beneficium solutionis particularis, promittentes iterum iterumque successiva generalia, forte amicis haud injucunda, patriae historiam et jura, per omnes species illustrantia. Spondemus idiotismos ICto patriae notabiles sat multos, quorum praecursores decem capit tantum hoc breviculum. Dabimus, quovis casu, manipulum vocabulorum mecklenburgensium, quae desierunt esse in ore, leguntur tamen in chartis antiquis. Talium collectio, ex nostra mente, proprie constituit differentiam lexicī vulgaris et glossarii, salvis acuminibus et homonymiis, quas deseruit stylus, quae ea, quae praeterea sunt inter quotidiana.

§. XXIV.

Sed videbimur adhuc esse in aere B. L. qua characteres idiotismorum, de quibus cum B. Dn. Mantzelio fuit amicissime litigatum. Res est amphorae, non urceoli: Ponamus, pro tempore, sequentia, audituri, quid desuper sentiant viri venerabiles atque modesti:

I. Soepe duo vocabula, ex una eademque lingua, in diversis provinciis, districtibus, civitatibus, diversimode enunciantur, sonant et scribuntur. Fit idem, vel per oscitantiam, die Mund-Voll oder Faulheit; vel ex affectata elegancia, per oris, feminini praesertim, contractionem, quam nostrae Belginae solebant jubere, per admonitionem praeceptoralem: *Sett de Mund in de Pünt*, quamque alii vocabant die Zippigkeit, quoniam apta videbatur vox *Zip*, quae canem denotat undeque  
*Zip*



Zipbürcken, vulgo Zibürcken, carcer molestus et squalidus, vulgo ein Hundeloch Quoties haec vitia sunt in causa, toties non datur idiotismus, quia, ut plurimum, per litterarum unius instrumenti collationem, omnis tollitur differentia. Brevius: so offelman es gleich nachrahmen kan, cessat idiotismus. Austriacus Strirusque, Svevus atque Francus (fecimus pericula inter Commilitiones Academicos, in Sedibus Musarum exteris) intelligit Mecklenburgensem, etiam rustice loquentem; et contra Mecklenburgensis, etiam rusticissimus, intelligit Thuringum atque Silesium: Qua nostros, ad superiores loquentes, Appel, hebben, Minsch, (plebejè Minst) Holt, Schoe, &c. non ingrediuntur alphabeta idiotismorum. Quid videtur de voce Knacken? (Knochen) Quid de Klöben, et klöben? (omnis idiotismus germanicus est reciproce talis) Klöben scrutari: Klüver, scrutator: wat heruhtklüven, item he is so klüftig, (cogitur de apostolico verbo: ορδοτρομεν) eene Klust Holt? (non autem, directe, per latitudinem igitur, quando de interstitio, von der zwischen befestigten Klust est sermo) addat ingenium alia.

II. Character idiotismi est *communis* usus, praesertim inferiorum in gente, vel districtu: Vnde multa vocabula exulant, praesertim technica artificum, opificum, nautarum, venatorum, opilionum, similium. E. gr. Opiliones, ex superstitione, propter brocardicum: Wenn man vom Wulffe spricht, is he nich wiet, nunquam antihac solebant appellare lupum, den Wulf, sed den gragen, ad differentiam vulpis, quem pariter non nominabant conformiter, cum aliis, sed den roden. *vid. spec. 3. Calend. Meckl. p. 22.* ubi edictum Duc. vom Zwölften, qua verba: von denen Wölffen, die sie in der Zeit nicht nennen wollen.

III. Idiotismus provincialis, vel urbicus nequit appellari vocabalum, in multis aliis provinciis familiare. Crassa geographia non erit captanda. Vid. rubrum Ziegleriani idiotici Ditmarsici, qua verba: Die größten Theils nur allein im Dittmarschen gebräuchlich sind.



IV. Minuitur, qua quotidianos usus, numerus, verorum idiotismorum, cum tempore, per mores, aliena adoptantes, commercia et mixturas hominum, de quibus supra: Et qua nostram inferiorem Saxoniam, per putativam rusticitatem, hinc nauseam linguae vernaculae. Repetantur superius dicta, de lingua saxonica inferiori, in foris et cultu divino, exule.

§. XXV.

Sed expectamus monita, etiam ab illis, qui, in terris Mecklenburgensibus, observarunt idiotismos, districtui uni vel alteri tantum proprios. Exempla praebebunt futura specimen, v. gr. ad voces: *Böhtken Kinder, dinnysen* &c. Priorem non universalem esse didicimus ex examine Consistoriali rusticorum: posterior est viciniae, in qua, circa diem Dionysii autumnalem, pagani servi ancillaeque mutant conductores. In genere promittimus, non lexicon completum, sed voces patrias, rem sacram, juridicam, historicam atque rhetoricam patriam, ad curiositatem usque, illustrantes nostras faciemus et quidem viventes non solum, sed et, qua usum modernum mortuas quasi, ad intelligendum veteres leges atque chartas patrias omnino notabiles.

§. XXVI.

Expectantes amica monita, arripimus decadem exemplorum; desistere enim a generalibus et ulteriora reservare jubent paginae. Quo plura scribimus, eo plura se offerunt.

I. *Ufsanzeryen*: actiones et verba inania, vel fatuorum, vel morbis acutis decumbentium, vel etiam jocantium et lepidorum, item superstitiosorum, imo olim criminis magiae diabolicae inculporum. Occurrit in actis et protocollis antiquis concernentibus crebro et jungitur eidem substantivum, plurale: *Sanzelyen*, quae sunt allerley abergläubische Anstalten und Murmeleyen. Nos putamus, degenerasse ex *Phantasien*, cum praefixo *all*, quasi diceret: *Es sind lauter thörichte Vorstellungen*. Auditur, de periculose aegrotantibus, etiam ex infima gente: *he phantaseert*, id quod bene et graviter notent sibi



sibi Iuris Practici, item testes, circa ultimus voluntates. Noter idem sibi iudex, examinans testes, in litigio super validitate. E. gr. Testis N., ad articulum: Ob Zeuge nicht an dem frantzosen Testirer bemercket habe, daß er nicht mehr den völligen Gebrauch seines Verstandes hätte? Respondebat: He hadde wol thowhlen sone Alfanzeren, äverst et ging süß doch noch wol so an mit em. Ita solemus, juxta ipsissima verborum, etiam qua vocabulorum tempora et casus, absque, alias solita, in conjunctivum flexione, ad articulos cardinales, in civilibus pariter ac criminalibus excipere atque ad protocollum dictare depositiones. Exesto protocollum dirigens, in tali casu, stylista, alius. Formeretur etiam, qua testes (qua inquisitiones et alia examina reorum religio vult multa attendi) interrogatorium, vel subinterrogatorium, ex officio: Was Zeuge unter denen Alfanzeren verstehe? Worin dieselben bestanden und was der Verstorbene denn so für Wercke gethan, die er mit dem Worte beschriebe? Was für Worte ihm als Alfanzeren vorgekommen? Pacem petimus penes illos, qui, notiones evolvere studiosi, putarent, interrogandum fuisse testem illum. Was er für einen Begriff mit dem Ausdrucke: Alfanzeren, verknüpfe? Non autem solum in dictis casibus, sed et aliis, quoties de probatione, vel sanae mentis vel insaniae, qua delicta, contractus, sponsalia, item officia, curatelas et successiones feudales, (videantur observata ad v. dāsig, ubi casus Meckl. feudalis) agitur, exercenda est talis religio et prudentia judicantium. Generalia videantur penes STRYKIVM in *Caut. Testam. Cap. 3. §. 20. sqq.* Add. THOMASII *diff. de praesumptione furoris et demetiae.* Item CRELLII *diff. de probatione sanae mentis.* Conf. voces: Alf, alfern, salvis cogitatis ad v. Ahlfenwörter. Ad incidentem caurelam, de evitandis phrasibus eruditis, incidit, per experientiam, daß man oft, weil man täglich sonst so zureden gewohnt, zwar nicht meyne, denen Leuten zu hoch zu seyn; aber doch lieber frage: Verstah ih my dock? oder gar lauter plattdeutsch mit ihnen rede. Expectentur ardua exempla, qua sacra atque profana, Habemus phrasin: etwas an sich kommen lassen: concedere



cedere : confiteri. Putandum foret, illam nec rustico esse obscuram ; sed instituat exam. Haec scribenti accidit, quod femina, extra protocollum, salvis magis popularibus, quaesita: *Lahjt jy dat wol an ju kamen, wat de D. seggt? Scil. de desponsatione : reposuerit : Me Herr ! he is noch mien Levedage nich an my kamen.* Requirebantur igitur alia, etiam, qua dictaturam protocollum, regulariter consuetissima verba.

### §. XXVII.

**Burereu**, est verbum mecklenburgense, factitium, designans incolam paganum, qui non tantum est rustici ordinis, qua statum, qui ipsi est communis, cum quibusvis, qui sunt infra opifices ; sed colit agrum sibi concessum, pro operis, vel praestatione pecuniaria, ad quantitates mansorum, sive hobarum, vel hubarum, de quibus alibi. *vid. Selecta Iur. Rost. fasc. I. p. 192. 223. ibique all. Tornovius. Evolv. du FRESNE Glossar. v. Huba. BESOLD. Trif. v. Huob,* ubi verba : *quantum uni rustico satis est, ad rem familiarem.* Sunt autem vel *Bollhufner*, vel *Räthers*, quos, ex corrupta voce *Rossaffen*, appellant *Rossaten*, imo, oscitantissime, *Rosafen*. Character illorum, quos specialiter vocant *Bauren*, *Hausleute* ( a sing. *Hufmann* ) est inter alia, das diejenigen, de *Burereu*, dem *Prediger* und *Rüster*, *Miskorn*, *Eyer* und *Würste*, in regula, geben, und das sie daher, bey der *Pfarrbesetzung*, eine *Wahlstimme*, dergleichen, auf dem *Lande*, keinem *Handwercksmanne*, besonders auch keinen *Müller*, *Schäfer*, oder *Einlieger* zukommt, haben. Utebatur Collegium evolutione huius notionis, anno 1747 in lite duorum Nobilium, de G. et de D. circa numerum votorum, verbis : *Hausleute sind, nach dem Beystande, des usus loquendi, alle Bauer-Hausväter, welche vom Ackerwercke leben.* Daher auch so gar, bey unsern gemeinen Leuten, der Gegensatz gemachet wird, das sie, wenn ein gemeiner *Einlieger* ein *Bauer* genennet wird, versehen, nein, er ist kein *Bauer*. Gleich man ein eigengemachtes verbum, in unser *Mecklenburgischen Sprache* mercket, nemlich : *Ze bureret: d. i. er ist ein Wirth*, wie vor erwehnet. Ja, es fehlet, dieser Art Leuten



ten nicht an der Nachahmung des Sprichworts, von Kaufleuten, indem auch sie sagen: es ist keine Kunst ein Bauer zu werden, sondern ein Bauer zu bleiben. Item phrasis: de heft sich uhtburet. Principalis erat quaestio: Ob der Priester-Colonus ein votum hätte? Responsio videatur, in continuatione, si Deo placet, Iuris Meckl. illustrati: integrae deductiones sunt inter praeparata. Est moris, inter plebeculam, quod faciat verba, etiam ex corrupta latina vel gallica lingua. E. gr. dicit: De N. heft sich heruter rüterer, h. e. diligentia sua rem oeconomicam auxit nominaque passiva extinxit. Ad litem, de jure et facultate dandi votum, in electionibus Pastorum Meckl. legatur das sechste Stück derer Meckl. differentien, ex anno 1741.

§. XXVIII.

**Chimcken.** Decapitatio nominis appellativi, Joachim, ad Chim usque, aequae famosa est, ac aliae, vi quarum Michael in Cheel, Nicolaus in Glas, ex ingenito et populari abbreviandi more, contrahuntur. Idem dicendum esse, qua Johann et Hans, negamus, quoniam plane diversa sunt nomina. Vid. *Select. Jurid. Rost. fasc. 3. p. 32.* Derorsiones sunt ubique valde multae, etiam qua nomina feminina. Elisabet degeneravit in Ilse: Walpurgis in Wolbrecht. Pastoralis solet formari quaestio, num, ad instantiam, in baptismo, dare liceat infanti e. gr. simul nomina: Hans Johann? item Ilse Elisabet? Novimus virum, haud infimae eruditionis et prudentiae, qui dubitabat, imponere nomina Johann Ulrich, in paedobaptismo. Sed transeant haec, quoniam in cogitatis est tantum fatum nominis Chim, quod illud transtulit in spiritus familiares. Dicitur enim ab invidiosis, daß die Leute, welche gute Nahrung, auch wol sonst besonders Glück, & C. in spielen, erleben, ein Chimcken hätten. Inter plebem continuantur et supersunt tales naeniae atque nugae. Audivimus aliquando virum, qui cupiebat pro superstitionis osore haberi, fidem tamen rogabat narrationi, quod suis oculis viderit ejusmodi Chimcken, nocturno tempore equis pabulo et strigile inserviens inque culina a fordibus



fordibus vasa cuprea, alia, purgans, das aufgewaschen; sed non inveniebat fidem. Veteres appellant, ejusmodi putativum ens, een Alrüncken, enen Aschenpüster, item Aschenpössel. Iudices et FCres non sunt sine thematibus, ab his fabulis desumptis, si respereris imputationes superstitionis, ad veneficia usque, a quibus formaliter non semper sunt immunes partes reae, utut re ipsa vel ludantur, vel naturaliter, alia putantes, operentur. Puniantor, ceu novissima facit praxis: Condemnentur laesiad satisfactionem. Satis, per digressionem. Redeutes ad illud Chimcken, quod, praeter alias larvas etiam concipitur et servatur, ut muca major, thecis occudenda, allegamus Resp. Fac. Iur. Lips. ex anno 1723, quod inseruit Dn. HERMANNVS, *Collectioni suae*, n. 22. Casus illi substratus concernebat par feminarum, superstitionem exercentium. Pronunciabatur, auf Unterweisung, durch die Diener des Worts, einige Zeit Gefängniß und Erlegung, derer Kosten. Particula sequens rationum probat competentiam: Obwol die S. bey der, mit der H. gehaltenen confrontation, freywillig gestanden, daß sie der H. 2 Rthlr. gegeben, wofür sie ihr ein heimliches Ding, oder Nahrungs-Männlein mitbringen sollen: die H. auch der S. dergleichen mitgebracht haben soll, sie auch solches von jener angenommen, bey sich behalten und ihr 10 R. zum recompens dafür gegeben; besagtes Nahrungs-Männlein auch täglich sechs Groschen gehecket und als, nach der Zeit, die S. bemeldetes heimliches Ding nicht recht abwarten können, sie, die H. ihr solches wieder abzunehmen gebeten, welches die H. auch gethan, dasselbe nach M. mitgenommen, dagegen sie der H. unterschiedenes an Geld und sonst entrichteten müssen. Satis ex illis nugis, Lipsienses superstitionem fraudemque supponebant et conformiter, uti expressum, hanc plebeculam tractabant. Cui non dictae fabulae consimiles, vom Berg-Männlein, Kobolde, pygmaeis, quos nostri Undererschen appellant, ect. Vidimus aliquando investituram ludicram, cum jure et privilegio, im ganzen Lande alle Kobolde zu fangen und gegen jedweden, todt oder lebendig geliefert, ein gewisses Geld zugewärtigen.

§. XXIX.



## §. XXXI.

Gaden : esse bene aptum atque optatum, facile quidem intelligitur, ex superiori, sich gatten, unde Gattung, Ehe Gatten ; Placet tamen, propter derivata, in quibus male Dei nomen adhibetur, annotare, quod procul esse debeat, notio divina. Locutiones, dat gadet my : dat is, vel : hier find ich myne Gading : dat is gadeskop, purae manserunt ab illo abusu ; sed Gades-Geld, arrha, assumere debuit Deum, quia dicitur Gotts-Geld, Gotts-Pfenning. Non solum autem in his, sed etiam in derivato, a gönnen et Gunst, quod habetur in iure feudali, qua indulta, in puncto prorogationis, termini investiturae, quae Gotts-Briefe ex corrupto : Gonts-Briefe male vocantur, idem palpatur error. Errorem nos vocamus, detrahentes pallium, etiam ab illustri Etymologista, B. de LV-DEWIG in diss. de provog. investiturae, vom Lehns-Indult, Cap. 2. §. 3. admissum. Recte scribit quidem ille : *Cum vero indulgere alteri opus sit benevolentiae et favoris, per litteras declarati ; inde est, quod idem jus in vernacula audiat Gönnts-Brief, Günstigungs-Brief ; sed minus recte pergit : Imo etiam, quod profiscuntur ex bona gratia, adpellantur Gottess-Briefe, sensu eo, quo scilicet arrhas gratuitas dicere solemur. Gottess-Pfenninge.* Dormitavit magnus Homerus, ut notae testentur, eundem cogitasse de vocabulo. Lit. m. enim scribit, Vitriarium litteras ejusmodi vocasse Gottess-Briefe et addit, Pfeffingerum, doctore suo majorem interpretem, siluisse de vocabulis. Tandem lit. n. haesitationem suam prodit, pergens : *nisi forte litura typographi aut amanuensis pro Gonts-Brief factum Gotts-Brief.* Sequentia sunt plane a tanto viro inexpectata, in verbis, quae scriptura si vera est, haud dubie Gotts-Brief idem esse debet, quam Guts-Brief. Quod denarius, bona gratia alteri datus, in vernaculis audiat Gottsgabe, credimus, quamvis experientia nos destituat. Si enim de eleemosynis et piis aliis erogationibus cogitatur, quotidianum est, mendicos aliquid petere um Gottess Willen, et post acceptionem dicere : Gottess Lohn. In iure ecclesiastico non solum Gottess-Haus, Gottess-Acker et Gottess-Kasten sunt

D

sunt



sunt de notissimis ; sed dantur in his terris etiam Gottes-Scheunen et Gottes-Hölsungen. In prioribus colliguntur decimae, posteriores sunt pertinentiae parochiales. Sed satis, per digressionem. Qua verbum gaden incidit adhuc, illud etiam denotare compositionem rectificationemque : ick will dat wol gaden, dicitur ab adaptantibus : imo ipsum illud antiquum gadehalsen, i. e. femininum collum componere vel montare ad ornatum usque, habet inde natales. Tandem idiotisticum adjectivum nostrum : gadlick nihil aliud significat, quam tale quid, quod non superat vires tractantis ; unde, quia coincidit idea mediocrium, vel minorum minimorumque foepe auditur : dat is man sehr gadlick, etiam per metaphoram, v. g. syne Huf-Umstände synd man hupen gadlick. De Mann mag süß recht goht syn ; äverst he is tho gadlick : Dixerunt aliquando rustici insulsi. *Conf. Dn. QVADEN diss. de viris statura parvis, eruditione magnis. Celeb. Dn. RICHEY scribit : Gadlick : ziemlich, hinlänglich, was mit gehen kan : passable. Hanc acceptionem inter nostros non palpavimus ; ergo est Hamburgensis. B. MANTZELIUS allegat expressionem, de altera parte paris avium : et is syn Gadefen. Pergit : tho gade, be quem, gelegen, ratione temporis et loci. Misn. gählich Bene dicitur, e. gr. he heft sich alles tho gade geleg. Tandem de agro, absque idiotismo, effertur : begadet syn. B. Mantzelius ita interpretatur : quasi begatten und fruchtbar machen.*

§. XXX.

Gissen, conicere, in genere artificialiter argumentari, est verbum nostrae gentis, quo tamen utuntur et aliae nostri circuli. N. respondet, ad int. Wie viel es Geldes gewesen, welches ihm der Dieb mit den ledernen Beutel entwendet ? Ick gisse so, dat et wol veertig Dalet weren. Porro resp. ad int. Auf wen er den Verdacht habe ? Ick gisse up den N. Iam intelligit examinans hominem, quod nempe de indiciis et probabilitatibus loquatur. Novit simul, praeter generalia de indiciis et argumentis non-apodicticis, quod in jurisprudentia patria pariter



pariter ac nostri idiomatis aliis terris, circumferatur paroe-  
mia: *Giffen ist missen.* Probat idem studium majorum ryth-  
micum, ad sublevandum memoriam et ad parandum ingeniis  
voluptatem: Est enim extra dubitationis aleam positum, quod,  
infimae praesertim caveae homines rythmica magis confer-  
vent sexcentiesque repetant. *Evol. B. Dn. VOIGTII, ICti  
Kilon. diss. magni momenti, de arduo judicantium officio, p. 34. f. Pla-*  
*cet excerpere pragmatica verba: Indicia, propter circumstantia-*  
*rum variationem, varia sunt ac ferme innumera, adeo quidem, ut legi-*  
*bus, vel etiam juris et ICtorum regulis comprehendere haud possint, vid.*  
*l. 32. pr. ff. de usur. sed ex animi judicantium sententia, uti dicitur in*  
*l. 3. §. 2. ff. de Testib. aestimari debeant et vel prudentissimos soepe*  
*fallant, l. 2. ff. de jur. et fact. ign. Unde Westphalorum (en limites*  
*idiotismorum incertos) quoque ortum est proverbium: Giffen*  
*is missen, sive, ut latine dicam: conjecturae fallunt. Giffen enim*  
*idem est, quod conjectare, et missen sive mislich seyn, idem est, quod*  
*fallere. Atque adeo verum hoc est proverbium, ut licet vel decem*  
*Menochii viginti aut plura etiam de praesumptionibus volumina conscri-*  
*berent, omnes tamen, quae, circa delictorum probationes, se offerunt,*  
*difficultates tollere haud valerent, sed hoc ipsum potius proprio judi-*  
*cantis judicio eique practico, relictum est. Addimus, quod idem*  
*de CRVSIO, qua Tr. de indiciis, de MANTICA, qua opus de*  
*conjecturis ult. vol. immo de FARINACIO, de testibus, de*  
*MASCARDO, de probationibus et tandem, de eodem MENO-*  
*CHIO, de Arbitrariis judicium quaestionibus vasta volumina*  
*congerentibus, fit asserendum. Omnem facit paginam alle-*  
*gatus illustris textus, legis §. 2. 3. ff. de testib. verbis: Quae ar-*  
*gumenta - - sufficiant, nullo certo modo satis definiiri potest - - ex*  
*animi sententia tui te aestimare oportere, quid aut credas aut parum pro-*  
*batum tibi opineris. Qua verbum giffen addendum, dari etiam*  
*substantivum, de Giffung, unde: na Giffung: muthmaßlich.*  
*Dn. RICHEY observavit verbum: sict vergiffen, i. e. conjiciendo*  
*errare. Addidit proverbium: den Olen kan man wol entslopen,*  
*man nich entgiffen, i. e. senes perspicaciter autumant,*



## §. XXXI.

Hest significat, inter rusticos, adhuc hodie, equum. In genere nec ad juvenem, neque ad veteranum vel fere emeritum respicitur; quamvis qua arbores notum, quod quercus vel fagum, ante magnitudinem suam, vocitetur ein Eichhester, ein Büchhester, vid. die Herzogl. Mecklenburgische Forst-Ordnung, de 1706 ubi, inter pœnales sanctiones, legitur, §. 30 Für ein Eichhester, so Mast trägt, 5 Rthlr. Buchhester, wo Arthölzer können ausgehauen werden, 2 Rthlr. Klein Eichhester, ein Arm dick, 2 Rthlr. Klein Buchhester, 1 Rthlr. Novimus etiam ad animalia juniora imo ad femellas transferri hanc notionem. Qua equos superest denominatio eenes olden Hests. Rusticus enim Meckl. dicit, de tantum non emerito equo; et is all eenen olden Hest: binnen Felds deet he noch so wol; aberst up Stadt-Reisen dögt he nich mehr. Illustrat et explicat hic idiotismus passum juris feudalis, de hostenditiis, de quibus nempe, qua definitionem realem, omnes consentiunt, quod denotent sequelam Vasallorum in hostem, est in Iure Longob. ex τὸν ἀπαξ, vid. 2. F. 40. §. praetorem. Auget hoc vocabulum numerum vestigiorum germanicorum, vid. Stryk. Exam I F. c. 1. qu. 6. in jure Langobordico, ex oris borealibus trans Alpes migrante, obvenientium et quoniam vasallus et equus sunt simul et una, unde Ritterschafft, Ritter- und Ross-Dienste, eques et servitia equestria, deponere jam possunt, Feudistae, juxta lexicon idiotisticum Mecklenburgense, omnem curam, haectenus in derivationem vocis Hostenditia, etiam anxie versam. Lubet excerpere verba Dn. LVEDEKEN, quibus erudite usus fuit, in *diss. de adaeratione servitiorum equestrium*, Altorfi, anno 1708 hab. Viteb. 1753 recusa, cap. 3. §. II. Circa originem vocis, ita ille, varie Feudistae sunt solliciti, aliis ab hospitalitiis, aliis ab herislitiis derivantibus, quorum tamen opinio procul dubio fallax est. Vid. nostra ad vocem: Schliz. Loccenio placuit derivare, quod sit quasi aus vel us den Dienst. ic. all Knichen et Bitschius et pergitur: Hoste vel ooste enim denotat servitium in exercitu, vel interdum etiam pecuniam, qua illud redimitur. Probetur! Tentat illud



illud Autor, etiam ex testibus, sed absque pondere. Erat aliquid, prodire tenus. Legerat Luedeken diff. magni *Herr. COCCÉJI*, hab. 1692, de *adoba*, vid. ejus *C. I. S. 3.* Elegantem facit paginam *Dn. GEBAUER*, in *notis ad Constit. Imp. de expeditione Romana*, p. 264. post *Schilkeri Inst. Jur. feud.* ex testimonio *Cel. Wachteri*, scribens: *septentrionales equum bellatorem vocant Hest vel Haest: satis.* Regula fiat generalis, quod, quantum fieri potest, pronunciandum sit, contra voces hybridas, sive myxobáras. Ergo ex latino hostis et ex germ. *Dienst* non procreatur vox spuria, quia legitimi dantur natales, ex parentibus *Hest* et *Deenst*. Tribus ergo: *Hesten-Dienste* sunt *Ros-Dienste*. Facile condonantur corruptiones, praesertim in vocabulis peregrinis. Fecimus longam talium collectionem, ex qua placet allegare, hoc loco tria: *Hugenotten* ex *Eydenossen*: *Bagt*, vel *Boigt*, ex *Advocatus* et *Probst* ex *Praepositus*: *STRAVCHIVS*, in *diff. sp. de hostenditiis*, ultra *Freherum* et cognatos non sapuit in etymologia vocis. Eleganter absolvit notam *Gebauerus*, verbis: *Freherus, Reüterdienst*, ignarus ab origine vocis se tam prope abesse. Noster *Dn. PELE*, in *diff. de servitiorum feudalium aestimatione*, *Cap. 3. §. 16.* se refert, ad *Gebauerum*. *HILDEBRAND* in *diff. de Equo sequelae*, plane silet.

§. XXXII.

*Zott un Züll*, item *Züle*, dextrorsum et sinistrorsum, sunt particulae, armenti directivae. Audiuntur, per agros et stabula, in quibus et illud *humm!* adhibetur, quo se vertant equique bovesque. Relinquantur proprii usus, suis locis, metaphoricus enim est hujus paginae, in phrasi: *He wil nich hot hören*, h. e. non vult dicto audiens esse. Ita stantes coram iudiciis, parentes de liberis immorigeris, mariti de uxoribus, eloquuntur. Intelligat ergo phrasin iudex nostras, inquiret in iussa, quatenus ea capessere fas fuerit et mandet, non quidem in formula solemnii, ast in discursu explicante, *man solle hot hören*, i. e. gehorjam feyn. Non sine sale solum hot moraliter adhibetur, quoniam de regula, dextre scilicet agendi, agitur; sinistra, quae in arte aratoria et alia rurali aurigalique



lique etiam requiruntur, in moralibus semper sunt ea, quae evitanda. B. MANTZELIVS ad v. hüll notavit: Misn. Schwu- de: ad hoc autem nihil, unde tamen ad communem usum non erit concludendum,

§. XXXIII.

**Cuculuren:** Hoc verbum, significans, praeter metaphoras, tantum non plane operto capite, aliquo modo videre, vel ex loco ubi latebatur, vel in quem conjectus quis erat, et quidem non sine, interdum vel religione, vel insidiis, vel mollitie, videtur esse per naturam vocis originarie germanicae civitatis. **Kucken** enim et **luren** sunt domestica vocabula. Transit prius in latinam, non qua cuculum, **den Kuckuck**, qui etymon ipse cantat, sed qua cucullos, s. habitus, capita, salvis tantum nonnullis faciei anterioribus, operientes. In historia atque regulis ordinum monachalium satis habetur de cucullis et non est animus, de illis differere ex professo. Evolv. du Fresne. Tegumenta capitum feminarum Hamburgensium, Brunsvicensium, aliarum, cucullos appellasse, quid vetat et ratio ejusmodi habitus, non est inelegans, maxime si conferantur antiquissima feminarum honestarum velamenta. Legantur scriptores de gynaeceo clauso. Historia Abrahamitica probat antiquitatem, verbis: **Das soll dir eine Decke der Augen seyn**: *Add. Historia Jacobi, qua Leam Rahalemque. Leg. MAYERI Tr. de admirabili Jacobi, cum duabus sororibus conjugio, Cop. I. n. 6. De Romanis vid. GRYPEN Sched. de illecebris amoris p. II.* Memorabilis mihi videtur, ex statutis hujus Academiae, passus sequens: *Incedant (Studiofi) cum capuciis cucullatis, quo distinguantur a reliquis havi- fallis.* Habuimus heic, ante reformationem, fratres communis vitae, quorum sedes fuit hodiernum armamentarium, quod in hunc diem soepius **Frater-Kloster**, quam **Zeug-Haus** appellatur. Consortes ejus collegii vocabantur, a cucullis, seu cappis, **Kuckel** hinc et **Kugel**-**Berwandte**. Primores audiebant **Kugel-Herren**. Sibilantes mutabant vocem in **Gugel**: Duriores in **Kogel**, quo nomine venit adhuc species quaedam tegumento-



mentorum capitis, eine Art von runden, etwas aufgetürmeten Manns = Mühen, besonders von Thier = Fellen. Sed limites dissertationis non patiuntur plura. *Leg. Dn AYRMANNI Anal. Hass. p. 7. MATTHAEVS de nobilitate p. 131.* Quomodo, diu ante saeculum, invexerit Pastor vicinus Koelzoviensis, Rodbertus, in capucia, die Capuz = Mühen, testantur editae conciones, cum imaginibus, tunc temporis, pro terriculamentis et praesagiis invasionum, peregrinorum militum, habitis, successu temporis, contra tempestatis injurias, a Clericis Laicisque feliciter et absque omine adhibitis. Plura desideranti pateant Capucinatorum claustra atque regulae. Vsum promiscuum cucullorum atque capuciorum, per leges et statuta, ceu in Academia nostra factum, restringi posse, nemo, qui rationes metitur, negabit *Add. PEZOLDI dissertationes binae elegantes, de ritu caput aperiendi et operiendi.* Nostris familiares tandem sunt locutiones: *De heft dar got kufulurend: he ligt un kufelurt.* *Ven Dn RICHEY ita: kufuluren: lange und vergeblich warten, insonderheit, wo man verschlossen ist und nicht auskommen kan.* *Dar mußt he sitten un kufuluren: da muß er sitzen und lauren, biß ihn jemand befreyet.* *Optime! nam ea etiam phrasid est de tralatitiis.*

#### §. XXXIV.

**Quanzwieß:** adhibetur, quoties de aliqua agitur dissimulatione aliudque fingitur aliud autem agitur. Etiam ironias sub hac particula deprehendimus. E. g. *dat is een brav Kerl; averst man quanzwieß.* Quantum ad nos, putamus esse illud latinum *quasi*, Haec particula autem plures una habet, acceptiones: Alia enim est juridica, per extensionem nempe, similitudinem et analogiam, *vid. spec. diss. Hofmanno - Hübnersiana, de signif. et usu particulae quasi in Iur. Roman. hab. Francof. 1728.* alia grammatica tantum; e. gr. *quasi tu nescires: quasi re bene gesta.* Populares nostri, in nonnullis, vicarium et substitutum quid, enunciant per praefixam vocem: *Lâgen.* E. gr. *een Lâgen Balcken est trabs,* alii, plane non, vel non amplius suffi-



sufficienti, adjuncta substituta: eene Lügen-Lünse ist eine Speiche im Wagen-Rade, quae simul inferitur, quando regularis illa videretur esse quodammoda corrupta. Agitabatur, ante aliquot annos, lis, in Consistorio, inter Patronum et Ecclesiae Pastorem, de custode novo recipiendo. Mittebat ille, ad hunc, famulum, quaesitum, num is, cui destinare volebat officium, possit, cum suis reculis, advehi? responderat Pastor: *Ja, laß ihn nur hoblen.* Fiebat advectio, sed contranitebatur Pastor, praetendens, se ironice locutum fuisse addebarque particulam: *quasi.* Deceperat internuntius Dominum, non simul nempe tonum, accentum, vel affectum loquentis referens. Componebatur liticula! Irrepsit expressio: *vel quasi,* apud nos inter non-latinos etiam: auditur particula: *quanzwies,* per modum antiphraseos, e. g. *dat is mien gode Fründ, quanzwies.* Interdum loco ejus utuntur expressione: *doch man so.* Sit judex arbiter, ex genio linguae et ingenio interpretante, in concreto. Exploravimus aliquando, per optimam, in ea specie, viam, quid velint loquentes et terse deprehendimus, illud latinum *quasi* accipi pro *quanzwies.* Incidit, vocari jocantem et lepidum apud nos *einen Quanten, einen Scherzer,* nec diffitemur et inde derivari posse adverbium substratum, quasi diceretur, *nach Art eines lustigen und scherzenden,* quo supposito scribendum foret: *quanzwies.* De nostratum *quanzwies* in posterum.

§. XXXV.

*Wieten,* est verbum, frequentissimi usus, denotans exprobrationes et quaevis obmota, ex dolo vel culpa alterius. Creberrime auditur, in examinibus desponsatorum, quorum alterutra pars, ex causis, vult repudiare. Spreta pars urget, *man schölle seggen, wat man em oder eer to wieten wüßt.* Accedit interdum praepositio inseparabilis: *ver* diciturque *man hadde dat un dat to verwieten.* Et hinc patet, quod idem sit ac superioris linguae: *Verweiß geben, verweisen,* gallice: *reprocher, reproches.* Auditur nonnunquam; quando de piis praestationibus



tionibus est sermo: Gott unverweten. Cautè judex igitur accommodet suum loquendi, scribendi atque decernendi stylum, exigens, vel summarie, vel per interlocutionem, allegationes atque probationes, causarum obmoverendarum obmoverumve. Nihil etiam obstat, quin, inter explicationes, in examine, quaestio: was er ihr denn zu wieten müßte: Item decernendo adhibeatur ipsissimum verbum: e gr. Daß er schuldig sey, die Ehe mit der N. binnen 6 Wochen zu vollziehen, es wäre dann, daß er inwendig gleicher Frist, standhafte Verwiederungs-Ursachen, (en linguarum conspirationem!) daß ist dasjenige, was er ihr wieten wollen, auszuführen sich getraue. Rectè addit Dn. RICHEY, qui verbum wieten, cum derivatis, per y expressum, ad obsoleta videtur referre, substantivi Verwiet usum, juxta phrasin Verwiet worvan hebben.

§. XXXVI.

Ad praegustum glossarii Mecklenburgensis, placet tri-  
gam vocabulorum, hac vice, allegare.

I. Een Zammelken: non de vervece quadrupede, in diminutivo, sermo est, sed de instrumento musico, agrestis. quod vocatur nostris hodie een Piepen-Buck: een Piep-Sack: item een Dudelsack: in utraque lingua. Vid. nuperrima historiola Wittebergensis, de polyphago et allotriophago, ut fert rubrum dissertationis medicae Boehmerianae, qui, Jacob Rahler, inter alia, devoravit istiusmodi saccum musicum, cum omni causa, in terrorem musici fugientis, formidine devorationis etiam ipsi imminentis. Nostro aevo sunt ejusmodi sacci, inter opilioes et vagabundos, rariores. Ante semisaeculum erant magis in usu. Ex antiquiori aevo curiose est annotabile, quod in rubro der Meckl. Schäfer-Ordnung de 1576, expressus videatur opilio, cum integri sacci musici apparatu, interque oves canesque. Vid. Pand. Jur. Meckl. Spec. I. p. 19. In terris exteris vidimus hujuscemodi saccos ornatiores, cum capite caprino ex ligno, vel ossibus sculpto. Quod in his terris eadem fabrica obtinuerit, probat antiqua charta, cujus originale est in  
E  
nostris



nostris manibus. Placet, illam, etiam propter usus historicos, inferere totam. Est, in serie Episcoporum Sverinensium, post VLRICVM primum et secundum, etiam tertius, jam ante obitum secundi, qui incidit in annum 1624, electus Administrator atque Coadjutor. Placuit Cl. Dr. Buchholzen, in *Hist. Meckl.* p. 149. scribere: Es wissen die wenigsten Geschichtschreiber von dieser Regierung, Ulrichs III. Die Ursache ist, weil ihn der Krieg kaum vom Stifte Besitz nehmen lassen. Wir finden sie aber = = vid. allegata. Pergit: wird Wallenstein beschuldiget, die Meuchelmörder bestellen zu haben. Referunt se haec verba notae ad praecedentia textus: Aber, er hatte das Unglück 1633. in Schlessien meuchelmörderische Weise erschossen zu werden. Habet historia lacunas. Nostrum inferendum probat, Principem istum, habuisse inter sua fata jam anno 1622 assassinium ipsi intentatum, de quo ubique altum est silentium. Sit igitur amicis Historiae haud ingrata nostra fidelis transumptio chartae. En!

Vonn Gottes Gnaden Ulrich, Administrator des Stifts Schwerin, Erbe zu Norwegen, Herzog zu Schleswig-Holstein.

Erbar und Hochgelehrter, Lieber Besonder, Wir verhalten euch in Gnaden nicht, das Wir abermahl einen Gefangenen, mit Namen Chim Schönen, einen Schweinschneider, bekommen, der mit in die Gesellschaft derer, so uns nach dem Leben getrachtet, gehört. Derselbe hat auf freyen Fuß auf einen, Hans Pipesack geheissen, der auf ein Zämelchen spielen und in euren Dorf Besel in sich aufhalten und mit zu selbiger Gesellschaft gehören sol, bekant. Dieweil uns dann daran, das Wir des besagten Personn mechtig und also für solchen bösen Leuten gesichert werden mögen, hochgelegen; als begehren Wir an euch grädig, ihr wollet, uns zu sonderlichen Gnaden und Gefallen, denselben gesenglich annehmen und wan ihr ihn zur Haft gebracht, uns das notificiren und als dan jegen einen gewonlichen revers uns anhero ihn folgen lassen. Wir seint erböttig, auf begebende Gelegenheit, es hinwiederumb also zu halten und es umb euch mit Gnaden, damit wir euch ohne  
das



Das wol geneigt, zuerkennen. Datum Bützou, den 26ten Aprilis,  
Anno 1633. Ulrich.

Est manus Principis gl. m. propria. Habet nomen ad-  
nexa, calamo perplexa, quae tuto explorare non licuit.

Inscriptio haec est:

Dem Ehrbaren und Hochgelehrten, unserm Lieben besondern,  
Iohanni Sibrandt, beider Rechten Doctorn und Pro-  
fessorn, zu Rostock.

§. XXXVII.

Horsen: Equi cataphracti: Pferde, darauf mit Harnisch  
und Panzer bekleidete Curassierer zu Felde zu gehen. Imo ipsi  
equi fuere, qua capita et pectora, adversus hastas, ferreis te-  
gumentis muniti. Legitur, haec expressio, in antiquissimis  
documentis, patriis, ex fine saeculi XIII, intuitu praestationis  
feudalis et equorum expeditoriorum. Mit verdeckten Horsen,  
item Orssen: ita in terminis. Horste: igitur, vel Orste-Deenste,  
fuere servitia equestria, Ros-Dienste. Concordat lingua An-  
glica et accepimus, pronuper Londini editum scriptum, sub  
titulo: *A dissertation on Horses: von Pferden. Conf. Memoires  
sur la langue Celtique, p. 29.*

§. XXXVIII.

Vehligen: prima vice hoc verbum accipiebamus, anno  
1737, edentes, in dulci societate, cum Summe Rev. Dn. BVRG-  
MANN, Theologo nostro Seniore longe venerabili, Domino, Fantore,  
et Collega nostro summopere colendo, das Etwas, von gelehrten Ro-  
stockschen Sachen, für gute Freunde. Vid. dicti anni, erste Wo-  
che, p. 13. ubi des Fürsten Wilhelms Seleits- und Förderungs-  
Patent, für die Academie, zu Rostock, aus dem Jahr 1430. Oc-  
currebat in eo bis, verbis: hebben gheveliget, ghesekert unde ghes-  
leydet; item scolen gheleydet unde gheveliget wesen so vakene alse  
E 3 see



see etc. subnectebatur quaestio: Was das Wort *vehligen* eigentlich sagen wolle? Non deerant viri egregii, scrutatores, vid. e. gr. die Hamburg. Berichte de 1737, n. 13. et postea. Substebatur, juxta analogiam, adhuc hodierni pleonasmii forensis: *citiren, heischen und laden*, in eo, quod *vehligen* idem fit, in effectu, ac *versichern und geleiten*. Sed salva adhuc exegeesi meliori. Legimus, postea temporis, hoc verbum, in chartis aliis, sed destituit nos, in continenti, inter tot quisquillas, excerptorum pagina. Satis: sequentur D. v. centuriae. Coeant nobiscum, in communionem, viri etiam juvenes. Nobiscum speretur, et Rostochii dabilis, litteraria societas.

S. D. G.

ADDENDVM.

Subterfugit, p. I. ubi recensentur illustria nomina, scriptorum diplomaticorum, illud, celeberrimi ICTI, *Dn. IOACHIMI*. Testes sunt mei Domini Auditores, quanto cum encomio, inter alios, ego illis exhibuerim ejus *Einleitung, zur teutschen Diplomatif*. Ergo.



PRAE:

PRAESTANTISSIMO

DOMINO

RESPONDENTI,

S. P. D.

PRAESES.

---

**C**ommendatus mihi, a Fautore et Amico meo, ultra-tri-  
cennali, *Ill. Dn. Consil. et Consule Neo-Brand.* KELLERO, ve-  
nisti in hanc Musarum fedem. Commendasti te ipsum, utro-  
que singulari studio, morum nempe et litterarum. Stetisti, binis  
vicibus, cum laude, in cathedra academica, opponentibus  
dicata. Dignus et aptus igitur eras, quem ducerem in alte-  
ram, quae est Respondentium. Ornabis omnino eandem et  
conciliabis tibi bonorum gratiam. Adesdum et defende me-  
cum, specimen litterarium, continens miscella philologico-  
juridica,

juridica. Incidit mihi, haec scribenti, ingressus praefationis,  
Speculi Saxonici, autore Epkovio de Repkaw:

Ich zimmer bey dem Wege,

Des muß ich manchen Meister han ze

Bene! veniant, non rustici structuarii, qui omnem migrant  
evrythmiam; sed artis periti Architecti, quos in praeloquio  
humaniter invitavi. Placuit, aliis thematibus, intersper-  
gere recreantia. Forte erunt, qui mihi talia non invidebunt.  
Tu autem cape symbolum: *Dominus providebit*, et eris felicior  
multis. Meam deditissimam mentem tibi ulterius, nullus  
de tuo amore dubitans, polliceor. Vale! Scr. die meo  
natali quinquagesimo octavo, qui erat vigesimus nonus, mea-  
sis Augusti, Anni MDCCLVII.




p. 19. Vbi allegatur Edictum Ducale Meckl. vom Zwölfs-  
ten, omissa sunt verba: Vtebantur et uruntur hodiernum,  
lupi, a sole nomine formidine, voce: das Eißt, item: dat Unbe-  
ndmt. Diäterium: Wenn man vom Wolfe spricht, ist er nicht  
weit, est quotidianum.











itis, eine Art von runden, etwas aufgetürmeten  
 n, besonders von Thier = Fellen. Sed limites  
 non patiuntur plura. Leg. Dn AYRMANNI  
 MATTHAEVS de nobilitate p. 131. Quomodo,  
 um, invexerit Pastor vicinus Koelzoviensis, Rod-  
 cia, die Capus = Mühen, testantur editae con-  
 maginibus, tunc temporis, pro terriculamen-  
 s invasionum, peregrinorum militum, habitis,  
 oris, contra tempestatis injurias, a Clericis Lai-  
 et absque omine adhibitis. Plura desideranti  
 norum claustra atque regulae. Vsum promi-  
 tum atque capuciorum, per leges et statuta,  
 nia nostra factum, restringi posse, nemo, qui  
 ar, negabit Add. PEZOLDI dissertationes binae ele-  
 caput aperiendi et operiendi. Nostris familiares  
 cutiones: De heft dar got kufulurend: he ligt un  
 Dn RICHEY ita: kufuluren: lange und vergeb-  
 nderheit, wo man verschlossen ist und nicht auskom-  
 mutt he sitten un kufuluren: da muß er sitzen und  
 emand besreyet. Optime! nam ea etiam phrasis

## §. XXXIV.

sieß: adhibetur, quoties de aliqua agitur diffi-  
 dque fingitur aliud autem agitur. Etiam iro-  
 particula deprehendimus. E. g. dat is̄ een brav  
 m quangkwieß. Quantum ad nos, putamus esse  
 uasi, Haec particula autem plures una habet,  
 lia enim est juridica, per extensionem nempe,  
 et analogiam, vid. spec. diss. Hofmanno - Hübne-  
 et usu particulae quasi in Iur. Roman. hab. Francof.  
 nematica tantum; e. gr. quasi tu nescires: quasi re-  
 ulares nostri, in nonnullis, vicarium et substi-  
 unciant per praefixam vocem: Eägen. E. gr.  
 en est trabs, alii, plane non, vel non amplius  
 suffi-

